



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Humanis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censuris.  
Prælectiones Theologicae Posthumæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Art. 6. An conuentens fuerit, vt Filius Dei assumeret naturam humanam ex stirpe Adam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

singulis indiuiduis postulat singula supposita. Tertiò, Quia Christus, non esset primogenitus, nec primatum tenens inter homines; nam omnes essent paris dignitatis. Quarto, Quia tolleretur mediatio Christi, redemptio, satisfactio, & reliqua eius beneficia.

ARTICVLVS VI.

An conueniens fuerit tot Filius Dei assumere et naturam humanam ex stirpe Adam?

20 Affirma- tur.

R Espondetur; Id omnino fuisse conueniens Probatum Primò, Ex generatione Christi,

qua producitur vsque ad Adam. Luc. 3. Probatum Secundo, ex D. Augusti lib. 13. de Trin. c. 18.

Sunt autem tres coniectura huius conuenientia. Prima, Quia iustitia postulat, vt ille satisfaciat, qui peccauit: atqui peccauit Adam, & in Adamo tota humana natura: ergo de illa natura ex Adamo deriuata, debebat ille animi, in quo, & per quem, tota natura satisfaceret. Secunda, Quia hoc pertinet ad maiorem hominis dignitatem: Vt nimirum ille potius vincat, qui victus fuerat, quam vt alius vincat pro ipso. Ita D. Leo serm. 2. de natiuit. Tertia, Quia magis ostenditur Dei potentia, dum de natura infirma & corrupta assumpsit id quod ad tantam virtutem & gloriam est prouectum. Possunt & alia multa ex Patribus colligi; sed hæc sunt præcipua.

Tres conuenientia.

QVÆSTIO QVINTA.

De modo Vnionis quoad partes Humanæ Naturæ.

In Quatuor Articulos diuisa.

ARTICVLVS I.

Verum Filius Dei debuerit assumere verum Corpus?

Affirma- tur. Qui ha- resici id negant.

R Espondetur; Filius Dei assumpsit verum corpus, non imaginarium. Est fide tenendum contra antiquos hæreticos, qui dicebant Christum habuisse corpus non verum, sed phantasma corporis. Ita docuit Saturninus, Marus, Cerdon, & Marcion, teste Tertulliano lib. de præscriptione aduersus hæreticos, & libro de carne Christi. Ratio illorū erat, quia putabant indignum Deo, vt verum corpus humanum assumeret. Item Manichæus teste Augustino lib. contra epistolam fundamenti cap. 9. & hæresi 46. quia existimabat omnia vera corpora esse à malo principio. Idem secuti sunt Priscillianista, vt refert D. Leo epist. 93.

Virginis, tamquam per canalem à quo nihil traxerit, transisse. Quem errorem secutus est Apelles, vt refert Tertull. supra lib. de carne Christi, & de præscriptione aduersus hæreticos. Item est contra quosdam Anabaptistas, qui hanc hæresim instaurarunt, vt refert Cochleus in refutatione Anabaptistarum Monasterienium.

Hæresici id negant.

Probatum ipsdem argumentis, quibus superior Articulus.

Obijciunt Apostolum prioris ad Corinth. 15. v. 47. vbi Christus comparatus Adamo, dicitur Homo celestis, & esse de celo; Adam autē, terrenus, & de terrā: ergo Christus habebat corpus cœleste.

Tres ratio- nes.

Sed probatur hæc veritas tribus rationibus. Prima, Quia Christus fuit verus homo: atqui veritas humanæ naturæ requirit verum corpus humanum. Secunda, Quia sequeretur eius passio, & mortem, & resurrectionem, & reliqua, quæ circa ipsum gesta sunt, solum imaginariè & delusoriè contigisse. Tertia, Quia talis fictio, quæ tota est magica, non decet summam veritatem. Adde, hanc veritatem definitam esse in Concilio Chalcedonensi, & in Cōstantinopolitano 2. & 3. & in magno Lateranensi Cap. Firmiter & alibi. Vide Tertullianum lib. de carne Christi contra Marcionem.

Respondeo, Hunc locum optimè exponi à D. Augusti lib. 13. de Ciuit. c. 23. Sensus igitur est; primus homo, cum formatus sit de terra, fuit terrenus; scilicet quoad conditionem corporis, quod subiectum fuit necessitatibus huius vitæ, & per se passibile, & corruptibile. Secundus autem homo, quia de celo venit, scilicet ratione personæ, etiam cœlestis esse debuit; nempe quoad conditionem corporis cœlestem, & immortalem: & quamuis ab initio non statim actu corpus cœleste fuerit, hoc dispensatoriè factum est, vt pro nobis posset pati, & mori: quo peractio, statim Christus vi sua cœlestè conditionem suo corpori contulit: vnde semper cœleste fuit, vel actu, vel intrinsecà potestate; eò quod persona de cœlis esset. Igitur sicut porrauimus imaginem terreni, scilicet tum vitæ, tum corporis conditione; Ita portemus imaginem cœlestis; id est, deus operam vt Christo similes efficiamur cœlesti corporis conditione.

Explicatur locus 1. Corinth. 15. v. 47.

ARTICVLVS II.

Verum Filius Dei debuerit assumere Corpus terrenum, scilicet Carnem & Sanguinem?

2 Affirma- tur.

R Espondetur affirmatiuè. Est fide tenendum contra Valentinum, qui dicebat Christum assumpsisse corpus ex naturâ cœlesti; & per vterum

DVBIVM I.

Verum Sanguis fuerit hypostaticè assumptus?

V Bi notandum Primò, Dupliciter aliquid assumi ad hypostasim. Primò, Immediatè; Sicut anima & caro. Secundo, Mediâtè; Sicut accidentia, mediante naturâ. Quidquid enim est naturæ coherens, fuit aliquo modo à Verbo assumptum, & sic dubitandum non est quin sanguinem assumpserit: nam corpus eius vero sanguine suffusum fuit.

E e Notandum